



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 150. Intra quod tempus Superior admittere aut rejicere debeat
resignationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

trimonium, militiam; sed beneficium ingressi Religionem non confertur stabiliter ante professionem, ingressuri matrimonium aut militiam potest statim conferri. II. Si ob capitales inimicitias non audeat residere in loco beneficii exigentis residentiam. Addit autem *Pius V.*, si resignare volens sit in Sacris, velitque manere in sæculo, non admittendam resignationem, nisi habeat, unde vivat. Vide *Castrop.* t. 13. d. 6. p. 2. §. I. à n. 4. & *Leur.* q. 412. 413. Ubi autem Constit. illa usu recepta est, si resignatio ab Ordinario admittatur absque ulla ex his causis, est nulla, quia habet decretum irritans, *Parif. Az. Castrop. Pirb. Leur.* q. 415., sed testatur *Zyp.* in analysi h. t. n. 1. non esse ubique usu receptam.

1028

§. III. Justa causa resignandi non est, ut vitetur labor, ut capretur gratia resignatarii &c. *Barb. Leur.* q. 402.; Et si quis resignet beneficium tenuius eo tantum fine, ut obtineat pinguius, peccat secundum *S. Th. Nav. Hurt.*, putatque hoc esse mortale *Cajet.*, si hic finis appetentis non tendat in aliquem alium finem bonum; Vide *Leur.* q. 416. Quod si aliquis resignet hoc beneficium eâ intentione & spe, ut alterum sibi à Superiore conferatur, aliàs non resignaturus, non est simoniacus, si non intendat obligare Superiorem, *Sot. Valent. Rodrig. Farin.* apud *Dian.* p. 6. t. 7. R. 42. Addit *Valent.* etiam posse prædictam spem verbis aut scripto exprimi apud Superiorem, quia quod licitum est optare, etiam licitum est, per se loquendo, verbis exprimere, *Castrop.* t. 17. d. 3. p. 4. n. 2.

1029

Q. 150. Intra quod tempus Superior admittere aut rejicere debeat resignationem. R. Extra Curiam intra mensem, uti habet Constit. *Greg. XIII. Humano vix iudicio*, alioqui beneficiorum illorum provisio spectat ad Sedem Apostolicam, *Parif. Barb. Chok. Leur.* p. 3. q. 398. Q. 151.